

*Marij Rhenouicnsis.*



ADMODVM REVERENDE EX-  
CELLENTISSIME DOMINE.

**G**loriosam Cali Reginam, Ecclesie  
non militanti solum, sed & tri-  
umphanti celebrem, Versibus meis  
nonnihil auctis decantatam, Am-  
plissimo nomini tuo sisto, pretium operæ futu-  
rum ratus, si exiguus laudis Mariane riuulus  
magnifico Encomiorum virginalium Torrenti  
Sympathiâ non incongruâ sociaretur,

Augustissima enim Patrona nostra, Genitri-  
cis Dei praconia (è quibus, manuducente Re-  
gio Principe Sancto Casimiro, vnum ego atq;  
alterum, angustioribus legis metricæ cothurnis  
inclusum hic profero) quanta Tu oris facun-  
dia, quanto verborum Sententiarumq; nitore,  
quanta ingenij humanos quasi limites trans-  
gressi subtilitate S. P. Q. Solodorenfi pro-  
posuisti, dum supremum inibi Ecclesiastē, anno-  
rum duodecade plus alterâ, laudabiliter egisti?

Si licet exemplis in paruo grandibus vti,  
quantus Constantinopolitanae quondam fuerat  
Vrbis concursus ad audiendum è suggestu Ioan-  
nem Chrysostomum; tantus Solodorani po-  
puli Zelus ad perorantem Ioannem Aichmil-  
lerum.

Ad

Ad Marialem igitur hunc Oceanum venulas  
meas poëticas, præconia Virginalia superficie  
tenuis, & extremis, quod aiunt, labris tantum-  
modò delibantes, fluitare iubeo; vt inter latran-  
tes è Circea voragine Scyllas, scopulosq; Acroce-  
raunios nescio quales, Patrono hoc defensione, ad  
propositum sibi portum, qui solus & vnus est

Cunctipotentis honor, Christiparen-  
tis amor,

remigio securiore pertingant. Nulla erit inter  
maius & minus, nulla inter compressiorem Car-  
minis mei pugnum, & latissimè extensam Pa-  
negyricorum tuorum palmam, Antipathia;

Sæpe Deis (etiam diuinis) inter honores  
Cespes, & exiguo placuerūt farra salino,  
vt Parthenopeius etiam Vates agnouit.

In hoc igitur Parthenio quoque opasculo lu-  
cubranti, & Reginam Angelorum varietate  
circumdatam in theatrum producenti, visum  
est mihi, choragum agente; & Apollinis vicem  
præcinente B. Casimiro, vniuersas Parnassæ  
Deas, nouenas scilicet Musas, suâ quamq; Odâ  
instructas, in scenam euocare, vt beatissimam  
cali Reginam, super nouem Angelorum choros



exaltatam, nouenarius quoq<sup>3</sup> Camenarum numerus celebrare, Eidemq<sup>3</sup> concertantibus ple-  
ctris applaudere, pro sua quæq<sup>3</sup> facultate ac in-  
dustria laboraret. Quæ quidem symphonia si  
expectatione Tua minus fuerit concinna, mitio-  
rem Camenulis hisce Rhadamanthum Te osten-  
deris; si easdem ex Helicone in Heluetiam  
vsq<sup>3</sup> accitas, in concinendis hisce Versiculis, pro  
assueto Parnassi viridario, inculta Iurassi ve-  
preta accoluisse, proq<sup>3</sup> delicatâ Hippocrenes  
ambrosia, plebeias duntaxat Arolæ lymphas  
tantisper delibasse, pro iudicio Tibi innato,  
pensitâris.

Qualiscunque tandem, Mariani saltem li-  
belli, Tu Excellentissime Domine non dedi-  
gnaberis esse Patronus, qui Tuis pridem meritis  
inclytæ Basilicæ ac Paraciæ Beatæ Virginis O-  
berdorfianæ, inferius memoratæ præter cate-  
ra adeptus es Ius Patronatus; Eumq<sup>3</sup> conspectui  
Tuo præsentem, vultu qui Magnates condeco-  
rat, serenior, inter lucubrationes tuas

Cedro, luce, perennitate dignas  
reponere; Qui dum immeritum me compluribus  
iam annis amicorum tuorum numero dignatus  
fuisti;

fuisti; humanissimis certè fauoris ac beneficentia tua studijs, omnem ex me reciproci amoris & obseruantia talionem Tibi vendicâsti. Schônennwerdt, Die Nouembris 21. Virginum Regina in templo præsentata solenni. Anno à partu eiusdem M. DC. LI.

Amplitudinis & Excellen-  
tiæ Tuæ

Seruus in Christo

Ioannes Barzæus Surseensis,  
Collegiatæ Ecclesiæ  
Diui Leodegarij in Schôn-  
nenwerdt Canonicus.

## Ad Lectorem.

## PROGRAMMA.

**C**Andide Lector aue. Conscripti hinc car-  
minis auctor

Præmonitum verbis te cupit esse tribus.

Nauseolâ si fortè tuas incommoedet aures,

Illa Leonini crebrior Echo toni;

Et resonus, quadrâsq; minus te iudice, Rhyth<sup>o</sup>,

In Rhadamantheam dignus abire scholam:

Barbita siue tuum non attingentia rhombum,

Coctâq; morose rarior esca gula.

Parce Lycambæis confestim excurrere telis.

Et carbone humilem parce notare librum.

Nec Danaûm, nec bella Phrygû canit ipse; furo-

Nec Briaree tuos, nec Polypheme tuos. (res

Parthenium resonante choro conscribimus

hymnum,

Non odit resonam, non fugit ille Lyram.

Et quoniam vatum sunt plura iura, facessat

Censura à laxo Diogenêa stylo.

Ad Gyaros idcirco meam damnare Camenam

Si statuas, Gyaros sentiat esse breues:



*Quod tibi amaror erit, vel duri fellis ad instar;  
 Instar, in alterius gutture, mellis erit.  
 Si qua tamē sapiant, celesti adscribe Mineruæ;  
 Si nihil, indulge. Lector amice, vale.*

---

*Syncharisma Poëticum,*

*Quo*

**Ad. m R. <sup>du</sup>s Nob. & Clarissimus Dñs**  
**D. DANIEL KÖNIG** Collegij Clarower-  
 densis Præpositus, Auctori huius libelli,  
 Collegæ suo accinebat.

*Quid magis exoptet Mariani carminis huius.  
 Auctor, quando suum Nomen, vt omen, erit?*

**Magister Ioannes Barzæus.**

**ANAGRAMMA**

**Agis ac æternùm resonabis.**

*Multa Agis ac præstas, tandem victurus in  
 astris  
 Æternùm, hanc Matrem si Resonabis,  
 abis.*

**In**



B E A T I  
C A S I M I R I

*Poloniae Principis, Confessoris*

H Y M N V S  
G L O R I O S Æ D E I P A R A Æ  
c o n c i n n a t u s .

*Versibus Germanico-Latinis*

<sup>A</sup>  
I O A N N E B A R Z Æ O  
c o n s c r i p t u s .

II.



O m n i d i e d i c M A R I Æ  
M e a l a u d e s A n i m a ,  
E i u s F e s t a , e i u s g e s t a  
C o l e d e u o t i s s i m a ;  
C o n t e m p l a r e , & m i r a r e  
E i u s c e l s i t u d i n e m ;

D i c



Dic felicem Genitricem;  
Dic beatam Virginem.

## I.

Wann du/D HErr/die Leßzen mein/  
Gnädigst wirst vnderweßsen;  
Hoff ich die werthe Mutter dein  
All meine Tag zu preßsen:  
Groß ist ihr Lob Im Himmel drob/  
Groß ist ihr Nam auff Erden;  
Sie kan allein Ein Jungfraw rein/  
Vnd Mutter gnennet werden.

Laudes Beatæ Virginis,  
Matrisq; festa diæ,  
Profer cothurno carminis,  
Deuota mens Maria;  
Perpende celsitudinem,  
Eiusq; quantitatem;  
Mirare Matrem Virginem,  
Matrisq; raritatem.

Stertis, & ignauo torpes mea Musa veterno?  
Surge age, & Aonia plectra resume Lyra.  
Empyreï spectanda venit Regina theatri,  
Celsior Angelicis aurea Nympha choris:

*Illius*

*Illius Augustæ nomenq, decusq, Mariæ*  
*Si celebres, punctum scilicet omne feres.*  
*Sola hæc (ô felix !) secunda gaudia Matris,*  
*Et palmam intactæ Virginitatis habet.*  
*Et vos Hendecasyllabi citatos*  
*Ad præconia ferte nostra gressus;*  
*Laudes, & titulos, & acta sacrae*  
*Gratanter iuuat eloqui Mariæ.*  
*Quã cellas ea fertur in triumphos!*  
*Quot gemmis grauidâ gerit coronâ!*  
*Ecce, in Virginei sinu pudoris*  
*Fructus mirificæ nitet Parentis.*

*Incipe Parthenias mecum mea Tibia laudes,*  
*Tibia Pierio non reticenda Choro.*  
*Pange coronatam bissero sidere Nympham,*  
*Vnica dum vitæ vena superstes erit.*  
*Cernis, vt eniteat sublimibus alta trophæis?*  
*Quàm rutilo clarum fulgueret igne caput?*  
*Celsa super-nitidos Hyperionis-eminet Orbes,*  
*Inferior solo magna Maria DEO.*

*Surge doctarum Coryphæa Vatum,*  
*Clara tot metris modulisq; SAPPHO;*  
*Surge, & assueto modulanda profer*  
*Carmina plectro.*  
*Donec*

Donec humanæ fluet aura vitæ,  
Prærogativas cane Virginales;  
Et decus magnæ, meritasq; laudes

Pange *Maria*.

Illa cælestes sibi Principatus,  
Illa subiectos sibi Seraphinos,  
*Mater & Virgo*, videt in *suprema*  
*Numinis aula*.

*Dum supra nitida cornua Cynthia*  
*Extollet roseus lumina Phosphorus,*  
*Dic ô Diuiparæ Virginis inclitam,*  
*Dic ô Mens mea gloriam.*

*Hac in stelligeri sede palatij*  
*En quàm magnificis fulget honoribus!*  
*Mirantur Superi, ferre tenerrimam*  
*Matris gaudia Virginem.*

## Scazon I.

Subclaudicantē prome tibiā *SCAZON*,  
Et obstrepentes Virginalibus Rhythmis,  
A plebe proletaria propagatos  
Inhibe, *Theones*. Cernis ut triumphantē  
*Terræq; Cæliq; pelagique Reginam,*  
Quam stupet Olympus, quam veretur  
*Infernus,* *Ro-*



Rodantq; Cynicâ mordeantq; Censurâ?  
Rodunt Deiparâ, vt Sisyphi rotent petrâ.

Attica laurigeris quæ panditis ora Poëtis,  
Pandite Virgine æ nunc Heliconæ Deæ.  
Christiparâ cantare inuat, quæ plena Pyropis  
Sole per æthereos splendet, amicta, thronos;  
Illius immensus canat omnis Eparchia dotes,  
Et peragat festos sexus vterq; dies,  
Pone supercilium Censor; quicumq; Mariam  
In cordis gremio non gerit, ille perit.

## 2.

**I**psam côle, vt de môle,  
Criminum te liberet;  
Hanc appella, ne procella  
Vitiâ superet.  
Hæc Persona nobis dona  
Contulit cælestia;  
Hæc Regina nos diuinâ  
Illustrauit gratiâ.

## II.

**A**ß dißem weilt. vnd wil den Meer  
Der Sünd. vnd laster. Wellen  
Dein